



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 26. Ludovicus XIII. Franciæ Rex Rupellas Victor ingressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII. rem famem repressuri avidissime omni  
A. C. 1628. cibo sese ingurgitassent, clanculo pa-  
 nem, quantum eorum peræ caperent,  
 sine furti malitia surripuerint, atque in  
 craftinam sui suæque familiæ necel-  
 sitatem reposuerint.

## §. XXVI.

*Ludovicus XIII. Franciæ Rex Ru-  
 pellas viator ingressus.*

**G**ramond. **D**ie trigesima Octobris præsidiariæ co-  
**& M**onet. **C**hortes Gallica & Helvetica in ur-  
**L**. **c** Lotich. **r**er. bem inducebantur, ad quarum ingre-  
**G**erm. **I**. **23.** sum Guittonus unacum Calvinianis Pri-  
**cap. 8.**

moribus ad Congnensem portam ac-  
 cessit, ac pro Magistratus jure inaugu-  
 ralem orationem habere ausus est: Ve-  
 rum Schombergius Franciæ Marescal-  
 lus tacere jussio denuntiabat, ipsum  
 titulo & jure omni Magistratus excidif-  
 fe. Nihilominus ipso Rege, unacum  
 Cardinale Richelio urbem ingrediente,  
 militari satellitio, quo durante obsedio-  
 ne utebatur, stipatus impudenter sese  
 stitit, ast facessere, atque indicta capi-  
 tis poena urbis claves tradere, & arro-  
 gatæ Præfecturæ simulacrum exuere  
 jussus, vix adduci poterat, ut in per-  
 duellione adolescens, atque in contu-  
 macia senescens homo Regem se superio-  
 rem agnosceret. Eminnit tum præcipue

inter

inter festivos etiam hostium applausus Sæc. XVII.  
Ludovici Regis modestia, ac pietas, A.C. 1628.  
qua in famelici populi levamen copio-  
fissimam annonam submitti curabat:  
minus vero suæ vitæ, solliique securi-  
tatem ac patriæ salutem, Rupella sub-  
acta, assertam soli Deo in acceptis re-  
ferre obliviscebatur; præterquam enim,  
quod in hac expeditione iteratis vici-  
bus Deo vota nuncupasset, publicasque  
preces per universum Regnum indixi-  
set, insuper die trigesima prima Octo-  
bris literas sua manu exaratas ad Pa-  
risiensem Archiepiscopum, grati animi  
sui testes dedit hæc in verba: *Meis ad*  
*Matrem literis eam studiose rogabam, ut*  
*Universos Regios Ministros felicium nun-*  
*tiorum faceret participes, & quidem abs*  
*te nominatim dulce initio, adhibenda gra-*  
*tiarum actione, cum adversum te, tum*  
*erga Clerum Urbis, ardentium precum*  
*nominis, quas assiduas apud Deum fude-*  
*runt ad hunc diem, ejus victoriæ impe-*  
*trandæ gratia, quam mihi summa ipsius*  
*bonitas impertivit, Vix tamen Sansimo-*  
*nius Eques cum eis literis prosectorus erat,*  
*cum nec contentus etiam Villacerio im-*  
*positis mandatis, ut tecum super ea re*  
*meis verbis ageret, hanc insuper epistola-*  
*tum ad eum destinavi, quam libuit mea*  
*manu ad te scribere, ut ea tibi testis es-*  
*set, quoniam tenus Divinæ bonitati obstri-*

F 4

etum

Sæc. XVII. cùm esse sentiam, & agnoscam: ab  
A.C. 1628. que uti ejus beneficentiae insignem videtur  
 riam debo, grates ipsi ex animo habeam,  
 & agam. Cupio autem, ut ipsius ini-  
 nitæ liberalitati eo nomine adhibeatur pu-  
 blica gratulatio, & per eos quidem ipsos,  
 quorum incensus ardor pietatis nunquam  
 remitti potuit, vel ea diuturnitate tem-  
 poris, quæ me assiduis & gravibus peri-  
 culis expositum habuit. Hæc agendarum  
 gratiarum provincia tuæ procurationis,  
 ac sollicitudinis fuerit in id temporis,  
 quod tibi Regina Mater nostra, edixerit:  
 quo etiam accedet, ut universis Clerico-  
 rum, & Religiosorum familiis, & Col-  
 legiis diserte signifiques meam hanc debel-  
 latorum hostium singulari Numinis op-  
 confessionem: adjicies insuper, nequaquam  
 mihi dubium esse, quin æquitati meæ cau-  
 sæ ipsorum adjunctæ preces, infinitam Da  
 benignitatem permoverint, ut exorari &  
 beneficentissime permitteret. Vale.

LUDOVICUS Rex

### §. XVII.

*Solemnis supplicatio in gratiarum &  
 Ætionem Rupeculæ instituta.*

Die autem prima Novembris Riche-  
 lius Cardinalis primum solemne  
 sacrum celebrabat, ac decantato Hym-

no